



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens Quæstiones à XXVII. vsque ad LXIV. & à Quæstione CVI.
vsque ad CXIV.

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1620

Duæ aliæ Scholasticorum sententiæ. c. 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81000](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81000)

certissime conferet: si contritio illa crescat usque ad certum gradum intensiōis.

^{2.} *Quomodo explicet sua sententiam.*
Iuxta hanc igitur doctrinam explicat Scotus, quomodo Angelo post lapsum, Deus denegat gratiam suam, ne iustificari & emendari à peccato possit. Inquit autem, vno ex duobus modis hec intelligi: vno quidem modo, quia Angelus non posset elicere actum illum attritionis, quem dixit Scotus esse dispositionem ad gratiam habitua-lem: eo quod Deus denegaret illi naturalem & generalem concursum debitum: & ideo Angelo denegaret Deus gratiam habitua-lem, quia Angelus non esset debite dispositus. Verum hic modus non placet Scoto: quia hoc esset perpetuum quoddam miraculum, & perpetua quædam vis illata ipsi Angelo; sicut etiam fieret lapidi existenti extra centrum, si ei concursus debitus, quo moueri deberet deorsum, denegaretur. Altero modo intelligi posset, Deum denegare Angelo suam gratiam habitua-lem: quia licet demon ex proprijs viribus doleret de peccatis commissis, Deus non acceptaret hanc attritionem tanquam dispositio-nem ad gratiam habitua-lem: & ita etiam demoni ex proprijs viribus attrito Deus suam gratiam perpetuo negaret, cumque Deus demonum attritionem non acceptaret: ipsi non dicerentur per eam ad gratiam habitua-lem dispositi. Vtrum autem ex sententia Scoti demones nunc habeant, vel vquam habuerint hunc dolorem de peccatis an non, seq. disp. videbimus. Et hoc posteriori modo existimat Scotus, facilius intelligi quo pacto Deus perpetuo denegare possit demonibus gratiam suam absque vlla vi, & miraculo.

^{3.} *Sententia præcedent.*
Hæc sententia Scoti multis mihi non probatur. Et primum quidem iam satis superque impugnata à nobis est disputatione 91. capite 10. & 11. quatenus asserit, ex nobis esse posse dispositio-nem aliquam; etiam de congruo ad gratiam habitua-lem: idemque iudicium debere esse de Angelis, colligitur ex rationibus à nobis allatis in ea disputat. capit. 14. & 15. Deinde in eo quod asserit, non posse Deum impedire actum contritionis in demonibus, sine aliqua vi, & miraculo, aperte falsum est: nam licet diceremus, ad huiusmodi attritionem non esse necessarium auxilium Dei supernaturale secundum substantiam: at negare certe non possemus, necessarium esse præuiam cogitationem, eamque posse talem esse, vt ea non moueretur voluntas ad consensum, & talem etiam, vt ea moueretur. Præterea fateri necesse est, in manu Dei esse, immittere varias cogitationes, quibus ita illa cogitatio mouens ad attritionem retardetur vt voluntas non consentiat, etiam si possit, vt ex disp. 65. c. 10. disp. 98. c. 6. colligitur: & hoc citra omnem violentiam, & miraculum: nam quamuis violentum sit, & contra impetum voluntatis, denegare ei concursum ad consensum, quoties est ita cogitatione congrua præparata, vt ex se statim consentiret: tamen denegare ei talem cogitationem, qua de facto moueretur voluntas, ordinando ita res omnes, & varias cogitationes immittendo, non est violentum voluntati: nam cum ad primam de aliquare cogitationem determinetur intellectus tam humanus, quam Angelicus à Deo, vt supra disputatione 235. capite 3. ostensum est: posset Deus varias de alijs rebus immittere cogitationes, cum Angelus de peccatorum dolore cogitaret. Adde etiam quod

cum ad primam cogitationem, de aliquare debeat angelus à Deo determinari: posset Deus taliter intellectum angeli absque vlla violentia dis-ponere, vt ei nunquam in mentem veniret, bonum esse, dolere de peccatis.

Postremo, cum prædicta doctrina Scoti applicata ad Angelos fundamentum ex parte habeat in eo, quod Angelus aliquando operetur opus morale bonum ex omni circumstantia, quod sequi disput. impugnandum est, ideo hæc sententia Scoti nullo modo nobis probatur.

CAPVT II.

Dua alia Scholasticorum sententia.

^{4.} *5.*
Alij vero existimant, impotentiam demonum, vt doleant de peccatis, & ab eis iustificentur, & emendentur, provenire ex aliquare in ipsis à Deo producta, ratione cuius impotentes omnino affecti sunt, vt doleant de peccatis. In assignanda tamen ratione, ex qua hæc oriatur impotentia, variant inter se. *Marfilus in secundum questionem 5. artic. 3. refert sententiam Aureoli, qui dicebat, idcirco demonem post peccatum non posse ad Deum conuerti per poenitentiam, quia Deus infudit voluntati eius vehementem quandam habitum malitiae in liuantem necessario voluntatem ad malum, & odium Dei, ratione cuius non finitur priorem voluntatem per poenitentiam retractare, & ad Deum conuerti. Quam sententiam probabiliter existimat *Major*, in distinct. 7. quest. 1. qui etiam eandem sententiam ex Aureolo refert. Putat enim, posse Deum producere habitum aliquem, quo voluntas alioqui libera necessario determinetur ad vnā partem.*

Aureoli refutat.
Verum hæc opinio Aureoli non probatur. *6.*
Marfilio: quia ex ea sequeretur, Deum esse authorem peccati: siquidem ipse solus infunderet voluntati habitum, qui necessario ad peccatum moueret. Hæc tamen ratio Marfilij parui momenti est. Nam si talis esset habitus, qui posset voluntatem necessario mouere ad odium Dei: iam eliceretur, vt odium Dei in demonibus peccatum non esset: ratio enim peccati sine voluntario libero excogitari nullo modo potest: tunc autem odium Dei non aliter esset in demonibus sine libertate, quam in amentibus: ergo quamuis Deus esset author talis odij, tamen non esset author peccati.

Quid possit impedire libertatem rationis etiam in amentibus.
Nihilominus prædicta Aureoli sententia mihi non probatur: nam præterquam quod talis habitus absque vilo omnino fundamento videtur excogitatus, cum alia faciliori via hæc demonis impotentiam explicare possimus, nullus habitus esse potest qui necessario moueat voluntatem ad malum, aut eius libertatem impediatur. Ostendimus enim *disput. 90. c. 2. & disput. 99. c. 8.* non posse voluntatem creaturæ rationalis necessitatem aliquam pati, quæ suam impediatur libertatem: nisi per claram visionem, ad diligendum Deum: & ad non peccandum, per vnionem hypostaticam etiam ad non peccandum: & in hominibus perturbatis sensibus & impedito usu rationis.

Huius vero doctrinæ fundamentum est, quia infuso quocumque habitu in voluntate, manet intellectus indifferens, vt varia obiecta proponat, & nullum sub omni ratione boni, nisi Deum clara visione: obiectum autem, quod non proponitur sub omni ratione boni ex parte sui, & ex par-

te exercitij circa, se non potest monere necessario voluntatem, vt ostendimus 1.2. q. 10. artic. 2. ergo infuso quocunque habitu, adhuc manet in voluntate libertas. Adde quod nullus habitus esse potest, qui quamvis cum actu bono, & contritionis esse nequeat, possit impedire voluntatem, quo minus bonum actum habeat, & eo talem habitum expellat: quemadmodum gratia habitualis, quæ cum suapte natura, etiam de potentia absoluta, cum peccato esse non possit, nihilominus impedire nequit, quo minus voluntas peccet, & peccato eius ipsa gratia expellatur. Hoc peculiare habet vnio hypostatica, vt non modo non possit cum ea esse peccatum verum, etiam nec possit voluntas assumptæ naturæ per peccatum ipsam vnionem destruere, vt 3. part. quæst. 14. artic. 2. ostendimus.

Ceterum, si verum esset, quod docet Aureolus, voluntati Angeli ita vehementem habitum infundi, vt ad odium Dei eam necessario moueret, recte sequeretur, Angelum non posse ad contritionem & penitentiam conuerti: non quia odium Dei repugnaret cum penitentia, sicut culpa cum sanctitate: quia reuera tale odium non esset peccatum, vt probatum est, sed quia impossibile est, aliquem simul odisse Deum odio inimicitie, & vera contritione penitere suorum peccatorum, quatenus sunt offensa Dei: nam vera contritio, quæ dicitur propter Deum summè dilectum, respicit etiam Deum vt obiectum amicitie, non tantum actu distincto dilectionis, quem contritio videtur supponere, sed etiam quia ipsamet contritio est essentialiter Dei dilectio, vt 3. p. q. 85. monstrabo: pugnat autem odium Dei cum dilectione ipsius.

Alij vero exijs, qui censent, demones ad penitentiam conuerti non posse, eo quod aliquid Deus infundat eorum voluntati, alio modo philosophantur. Dicunt ergo Deum (quæ sua est omnipotentia) in audere demonum voluntati, odium sui ipsius, illudque perpetuo in illis conferuare: cum odio autem Dei simul esse non posse penitentiam de peccatis, vt supra expositum est. Hanc opinionem vt probabilem amplectitur Ocam in 2. quæst. 19. & quodlib. 1. quæstione 14. & Gabriel in 2. distinctione 7. quæstione 1. artic. 1. post 2. conclusionem putant enim actum voluntatis & intellectus à solo Deo produci posse. Atque vt referam 1. 2. quæst. 4. articulo 4. hac etiam ratione prædicti auctores docent, beatos non posse peccare: quia cum dilectione Dei nullus potest committere peccatum: Deus autem beatis infundit, & perpetuo in illis conferuat dilectionem sui: nam si dilectio Dei à beatis, vt ab efficientibus, produceretur, existimant allegari doctores beatos ab eo cessare, & ita peccare posse.

Hæc sententia solet à quibusdam impugnari ea ratione: quia hoc modo constitueremus Deum auctorem maximi peccati. Verum hæc ratio infirma est: quia si ea ratione Deus produceret in voluntate demonum actum odij, etiam si per illud voluntas o. hio haberet Deum, tamē non peccaret: quia actus ille liber non esset: libertas autem ad rationem peccati necessaria est.

Nihilominus prædicta opinio mihi summo opere displicet. Primum quia impossibile existimo actum odij, aut alium actum vitalem intellectus, & voluntatis à Deo solo produci, vt ostendam 1. 2.

ARTIC. II.

quæstione 3. articulo 2. deinde, quia etiam si posset Deus talem actum producere frustra diceremus à Deo in demonibus produci, cum alia faciliiori via explicare possumus impotentiam demonum ad penitentiam. Quod si horum dictorum opinio vera esset: procul dubio sequeretur: demonem non posse peccatorum suorum penitere: quia penitentia propter Deum simul cum odio Dei esse non potest.

CAPVT III.

Verior opinio.

Multo verior, atque ad intelligendum facilior est eorum sententia, qui totam causam impotentie demonum ad penitentiam, & iustificationem à peccato referunt in priuationem diuinæ gratiæ, quam in penam suorum peccatorum Deus perpetuo negauit. Hæc sententia est eorum omnium, quos præcedenti disputatione cap. 7. citauimus, exceptis Ocamo & Gabriele, qui impotentiam Angeli dicunt provenire ex actu odij, quem Deus in ipsis producit, & perpetuo conferuat tametsi Gabr. etiam dicat, ideo demonem non posse facere opus meritorium, quia Deus auxilium gratiæ suæ illi perpetuo denegat: idipsum etiam dixit Marfil. quare & idem de contritione sentient. Cum vero impotentiam demonum, vt ipsos peniteat suorum peccatorum, reducimus ad subtractionem diuinæ gratiæ, loquimur non de gratia habituali tantum, sed de auxilio etiam diuinæ gratiæ, quo demones ad gratiam præparatam deberent vel prius tempore, vel simul natura cum ipsa gratia habituali. Auctores enim allegati non satis explicant, de qua gratia loquuntur, præter Aggidium, qui plane etiam loquitur de auxilio gratiæ, quod impetum appellat. Nominem autem auxilij non solum intelligimus auxilium gratiæ cooperantis, quod simul est cum arbitrij cooperatione: sed et auxilium etiam gratiæ operantis, & excitantis, de quo satis superque dictum à nobis est disp. 88. quæ quidem ratione abique vlla violentia, quæ fiat demoni, impotens perpetuo manet, vt ad Deum conuerteretur. Nam si preueniens esset gratia excitanti suæ operanti congrua: & ei negaretur concursus Dei, quo gratia illa fieret cooperans: manifesta violentia intraretur demonum voluntati, vt in hac disp. c. 1. notauimus. Ceterum negato demoni non solum auxilio gratiæ cooperantis, sed etiam auxilio operantis, siue etiam præuenientis, quod in sancta cogitatione, & in motu non deliberato voluntatis constituitur, abique vlla violentia red dicitur demon impotens ad penitentiam & iustificationem.

Hanc quidem causam expresse videtur Paulus in gentium libro de fide ad Petrum cap. 3. ante medium his verbis: Bonæ quoque voluntatis, & cogitationis initium non hominibus se ipsis nasci, sed diuinitus & preparari. & in tribus in eo Deus euidenter ostendit: quia neque diaboli, neque aliquis Angelorum eius, ex quo ruina illius merita in hanc inferiorem sunt detrussit caliginem; bonum peccatum in hanc inferiorem sunt detrussit caliginem. Quibus tuit, aut poteris resumere voluntatem. Quibus plane ostendit demonem non posse bonum voluntatem resumere, aut ab statu sui peccati peruenire: quia bonæ voluntatis initium, nempe sancta cogitatio, à Deo est: quam demonibus perpetuo denegat. Hoc ipsum indicant Isidorus lib. 1. de summo bono capite 1. 2. sententia 3. cum ait, Diabolus ideo non petit veniam, quia non comparuit ad Deum penitentem.

Ocam.
Gabriel.

3.

Exploditur
prædicta opinio.